Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 143

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 339.

Gregorii XII mentio fit; Extracta de decre-
talibus; Decretorum materiæ, et aliorū
jurium; De executione remissionis in quali-
cunque causa ad partes decreta; demum Do-
cumenta ad vitandam irregularitatem

Cod: CXLIII.

Chartac: 4. Saec: 15.

A 73.

1.

Joañis de Fonte Compendium libri I Sentent:

Leidesprenny – Schlißl

1a – 79b

Joannis de Fonte compendium libri I sen-
tentiarum. Brevis prolocutio incipit: "Ad
preces studentium dum essem lector pessulano
et ut fratres pauperes sub compendio sen-
tentias haberent librorum sententiarum or-
dinis minorum fratrum per modum compen-
dii sententiarum distinctionum quæstioni-
bus ejusdem voluminis recollegi et principi-
mi libri subdens communiter in quibus ma-
gister a doctoribus non tenetur." Operis
initium est: "Veteris ac nove legis etc." Di-
stinctio prima decem habet conclusiones."
Authorem hujus compendii esse Joannem
de Fonte Ord: Minor: dicetur infra in Cō-
dice CXCI. n: 2.

2

Vocabularius, seu speculum juris.

85a – 173a

Vocabularius, seu speculum juris; utrumque
enim nomen prefert. Rubrica præfixa est:
"Inceptio vocabularij juris canonici." In cal-
ce vero legitur: "Explicit utriusque juris lucidissi-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 143

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 340.

"mum Speculum." Initium est: "Abavus est pa-
"ter proavi;" finemque operi ordine alphabeti
congesto imponit vocabulum Zelus. De authore
sum dubius; in Bibl: Taurin: T. 2. p: 88. cod 333.
exhibetur totius juris Speculum, alphabetico or-
dine digestum, authore Berengario, forte Ste-
dello, qui etiam Fredoli dicitur, Biterensis ec-
clesiae Succentore, hinc Episcopo, ac Cardi-
nale, quem Bonifacius VIII praeter alios ad
componendum librum Sextum Decretalium ad-
hibuit. Fertur obiisse 1327. Trith: Script: Ec.
cap: 513. Unde opusculum nostrum idem
foret cum Berengarii hujus Oculo, seu Elu-
cidario summae Hostiensis secundum ordi-
nem litterarum. Id certum est, codicem nos-
trum a Guilielmi Durandi Speculo juris esse
diversum, convenire autem cum Vocabulario
juris utriusque typis impresso Spirae 1478.
per Petrum Drach, excepta praefatione,
et iis, quae de vocali A in praefata editi-
one praemittuntur, in codice autem nostro
desiderantur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 143

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 341.

3

Joann: Andreæ Tract: de spon: sal. & matrim: 175a–183a

Joannis Andreæ Tractatus de sponsalibus et matrimonio. Prolocutio incipit: "Christi nomen invocans ad honorem." De eodem opusculo egimus Cod: CXXVI. n: 2.

4

Ejusdem arbor consanguinit: et affinitatis. 183a–192a

Præcedenti tractatui absque singulari titulo additus est ejusdem Joann: Andreæ Arbor consanguinitatis, et affinitatis, cujus initium est: "Circa lecturam arboris etc." Sæpius typis ex-cusa extat inter Antiquitates typographicas Biblioth: Seitenstettensis, ubi vide sis. In fine additus est rubro colore annus 1462.

Cod: CXLIV.

Chart. ac: 4. Sæc: 15. A 7.4.

Jak. de Voragine Cod 97

F. Martini Fridlini Adaptationes Sermonum.

Varii tractatus de virtutibus, et vitiis ordine alphabetico digesti. Incipiunt de abstinentia hisce: "Duplex est abstinentia detestabilis et laudabilis." Folio 205 verso legitur: "Incipiunt adaptationes omnium sermonum in hoc libro contentorum, prout competunt sabbatis dominicis et feriis totius anni"; quibus annexus est elenchus materiarum prædicabilium. Ex his patet præsens opusculum idem esse, de quo jam diximus Codice XCVII. In Biblioth: Taurin: exhibetur T. 2. p: 368. Cod: M: XCVII. In Bohuslai Balbini Bohemia docta pag: 143 exhibentur adaptationes Sermonum F. Martini Fridlini de Klatovio Presbyteri, et additur: "Non est hic liber

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 143

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27483

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)